



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1748. usque ad
Annum 1752 - Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1745. 1746. & 1748

Luxemburgi, 1754

LXVIII [i.e. LXIX]. Sponsis Catholicis, qui in Fœderati Belgii regionibus
coram Civili Magistratu, aut hæretico Ministro dumtaxat, mutuum
confensum in Matrimonium de præsentis declararunt, quælibet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74772)

cujuscumque Ordinis insignia supra Purpuram Cardinalitiam apponere. Ita porro, quum san. mem. Prædecessor noster Benedictus Papa XIII. Cardinalem renunciaisset Fr. Laurentium a S. Laurentio, qui Cardinalis Cozza nuncupatus est, quique tunc Minister Generalis erat Ordinis Minorum; cumque eodem tempore per suas Litteras in forma Brevis datas die 19. Decembris anni 1726. statuisset, eundem in Officio Ministri Generalis perseverare: *Decernentes munus Ministri Generalis hujusmodi, ob tuam ad Cardinalatus dignitatem Promotionem factam, ut præfertur, durante nostro, & dictæ Sedis beneplacito præfato, non cessare: non vi sit chi pensasse mai di attribuire la ritenzione dell'Abito Francescano, che esso usò nel tempo ch'era Cardinale e Generale, all'esser Generale; essendo ognuno ben persuaso, che la ritenzione era un effetto della sua Professione fatta nella Religione di S. Francesco.*

Memoria di Benedetto XIII. creato Cardinale il Padre Lorenzo da S. Lorenzo, chiamato Cardinale Cozza, che era Generale dell'Ordine de' Minori, ed avendo nello stesso tempo stabilito con suo Breve spedito sotto il giorno 29. di Dicembre 1726., che continuasse nell'ufficio di Generale: *Decernentes, munus Ministri Generalis hujusmodi, ob tuam ad Cardinalatus dignitatem Promotionem factam, ut præfertur, durante nostro, & dictæ Sedis beneplacito præfato, non cessare: non vi sit chi pensasse mai di attribuire la ritenzione dell'Abito Francescano, che esso usò nel tempo ch'era Cardinale e Generale, all'esser Generale; essendo ognuno ben persuaso, che la ritenzione era un effetto della sua Professione fatta nella Religione di S. Francesco.*

Pont. peti-
ram faculta-
tem indul-
get.

§. 18. Atque hæc sunt, quæ Nos, paucis horis ab assidua occupatione nostra subtractis, colligere potuimus, ut quæstioni a te jam pridem propositæ responsum redderemus; & contentaneæ petitam a te, & a Religione tua, facultatem concederemus, ut tu videlicet Magnam Crucem octogonam ex alba tela supra Mozzettam gestares; quod Tibi per præsentem permitimus; Tibique, Dilectæ Fili Noster, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

§. 18. Ed eccovi quanto in poche ore trattate alle nostre continue applicazioni abbiamo potuto raccorre per rispondere all'antico vostro quesito, e per concedervi fondatamente la licenza richiesta da voi, e dalla vostra Religione, di portare sopra la Mozzetta la Croce ottagonale di tela bianca, il che facciamo colla presente; dandovi con pienezza di cuore l'Apostolica Benedizione.

Si concede
la richiesta
licenza.

Dat. die 13.
Octobris
1745.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 13. Octobris 1745. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 13. Octobris 1745. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 13.
Octobris
1745.

LXVIII.

Sponsis Catholicis, qui in Fœderati Belgii regionibus, coram Civili Magistratu, aut Hæretico Ministro dumtaxat, mutuum consensum in Matrimonium de præsentem declarant, quælibet conjugalis consuetudo interdicta decernitur, donec Matrimonium ad formam Concilii Tridentini ritè celebraverint.

istis contingere, ut Catholicis Matrimonium inter se contrahenti, Civilem adeant Magistratum, aut Hæreticum Ministellum, quibus se sistere legibus Patriæ coguntur, & coram illis mutuum expriment in Conjugium consensum, quem tamen postea renovare coram legitimo Ministro Catholico & duobus Testibus, uti Tridentinum præcipit, aut omnino negligunt, aut in longum tempus differunt: interim verò, perinde ac si legitimi Conjuges jam forent, non dubitant omnem conjugalem consuetudinem inter se habere. Quævisit deinde, quid de illo consensu sentiendum sit, coram Civili Magistratu aut hæretico Ministello præfatis: Num scilicet satis fuerit ad perficiendum Matrimonium validum, saltem in ratione contractus, quod alter ex vobis affirmat, alter inficiatur; etsi ad Sacramenti dignitatem non assurgat, quod nemo vestrum in quæstionem adducit; si enim res ita se haberet, uti primus existimat, subsequens inter consentientes copula, etiam ante renovatum coram Parocho Catholico consensum, omni flagitio vacaret, & suscepta exinde proles, absque ulla dubitatione, esset legitima reputanda.

Dilecto Filio Paulo Simoni a Sancto Joseph, Carmelita Excalceato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectæ Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Recurfus ad
Sedem Apo-
stolicam ha-
bitus, a Pon-
tificæ beni-
gnæ excipi-
tur.

Reddita sunt Nobis per Dilectum Filium, eundemque primarium administrum nostrum, Silvium Cardinalem Valenti, vestrae litteræ, quibus subortam inter vos in re gravis sanè momenti controversiam exponitis, eamque judicio nostro subjicitis. Non possumus equidem non magnopere commendare propositum vestrum, quo Sedem Apostolicam consulendam censuistis, ejusque definitionem exposcendam, ut eam unanimitate consensu amplectamini; quam si omnes, cum similes emergunt quæstiones, pari docilitate exquirent, & sequerentur, non tanta succresceret in dies, inter Evangelicos Operarios, opinionum varietas, nec doleremus aliquando, ob eorumdem in tradenda morum doctrina diversas sententias, in partes distrahi Christianum populum, eamque scindi mentium animorumque concordiam, quam Christus Dominus Ecclesiæ suæ commendatam voluit usque adeo, ut ea præsertim, quasi tessera, discipulos suos cognoscendos prædixerit.

§. 2. Jam verò, ut postulat vestris breviter simul & dilucidè respondeamus, unaque controversiam omnem judicio nostro præcidamus, sic habete: Ubi cumque promulgatum & receptum sit Concilii Tridentini Decretum Cap. 1. Sess. 24. de Reformat. Matrim., ibi nulla prorsus, atque in omni ratione irrita esse conjugia, aliter quam coram alterutrius contrahentium legitimo Parocho, aliove Sacerdote Parochi vices agente, & duobus Testibus, celebrata. Scimus profectò esse Theologos, qui in ipso Fidelium Matrimonio Contractum a Sacramento ita dividunt, ut illum omnino perfectum quandoque consistere credant, quin ad Sacramenti excellentiam pertingat; sed quidquid sit de hac opinione, quum Nos quidem

Ubi promul-
gatum est
Tridentini
Decretum de
Reformat. Ma-
trimon. Con-
jugia aliter
contracta nulla
sunt.

Et quidem
tam in ratio-
ne contra-
ctus, quam
in ratione
Sacramenti.

Quæstionis
propositæ ita-
tus.

§. 1. Expofuitis itaque Nobis, non rarò

Bullarii Romani Contin. Pars XII.

D d

nunc

Publicatio Decreti inter Catholicos Fœderati Belgii, in dubium non revocatur.

Præmissæ Doctrinæ consecrariæ, circa naturam præstiti consensus.

Circa necessitatem ritû celebrandi Matrimonium ante conjugalem consuetudinem.

Et circa conditionem prolis, si quæ interim procreetur.

Quid præcipiendum, quidque iudicandum eorum Regionum Catholicis.

nunc in medio relinimus, ea certè, quod attinet ad rem præsentem, locum nullum sibi vindicare potest apud eos, qui Tridentina lege obstringuntur: Etenim qui præter formam a se præscriptam, Matrimonium contrahere attentant, eorum Tridentina Synodus non Sacramentum modo, sed Contractum ipsum irritum discretè pronunciat, atque ut ejus verbis utamur: *Eos ad se contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos esse decernit.* Quare, cum inter Catholicos in istis Provinciis degentes & promulgatum & receptum jam fuerit illud Tridentini Decretum, quod ambo fatemini; perspicuum est, Matrimonium ab ipsis invicem initum coram Civili Magistratu aut Acatholico Ministello, & non item coram proprio alterutrius contrahentium Parocho & duobus Testibus, neque in ratione Sacramenti, neque in ratione Contractus suscipi, aut ullo pacto validum reputari posse. Neque verò rationes, propter quas valida pronuntiavimus Matrimonia, quæ aut ab hæreticis inter se, aut a Catholicis cum hæreticis, in istis fœderatis Provinciis contrahuntur, non servata forma Tridentini, aptari queunt Conjugiis inter se initis a Catholicis, quorum quilibet Tridentini Decreto se obstrictum agnoscat, ejusque se auctoritatem sequi profitetur.

§. 3. Sciant itaque Catholicæ vestræ curæ concrediti, cum Civili Magistratu, aut hæretico Ministello Matrimonii celebrandi causa se sistunt, actum se merè civilem exercere, quo suum erga Leges & Instituta Principum obsequium ostendant: Cæterum tunc quidem nullum a se contrahi Matrimonium. Sciant, nisi coram Ministro Catholico & duobus Testibus nuptias celebraverint, numquam se, neque coram Deo, neque coram Ecclesia, veros & legitimos Conjuges fore: nec, si interim conjugalem inter se consuetudinem habuerint, eam gravi culpa carituram. Sciant denique, si qua ex hujusmodi conjunctione oriatur soboles, eam, ut pote ex non legitima uxore natam, in oculis Dei fore illegitimam, & nisi conjugum consensum ex Ecclesiæ præscripto renovaverint, illegitimam perpetuo futuram etiam in Ecclesiæ foro.

§. 4. Erit porro officii vestri, hæc omnia, cum commoda se obtulerit occasio, atque cæ, quam rerum circumstantiæ vobis adhibendam fuerint, circumspicione & cautela, singulis explicare prolixius, simulque omnes commone, ut siquidem Regionis consuetudini, & terreni Principis sanctionibus obtemperare coguntur, faciant illi quidem, sed Religione salva, potioresque ducant sanctissimas Ecclesiæ leges, quibus fidelium Matrimonia constringuntur. Illud præterea vobis curandum est, ne, etiam si duo Catholicæ civilem illam ac merè politicam coram hæreticis ceremoniam peregerint, nimirum inter se familiariter agant, aut sub eodem tecto in communi habitent, nisi se prius veris & legitimis nuptiis, ex norma Tridentini, alligaverint; quamquam enim ea familiaritas esse possit sine flagitio, flagitii certè periculo & suspicione non vacat: utrumque autem probis & bene moratis Christianis cavendum est. Ad ejusmodi porro evitanda pericula, cognoscimus, consultius utique fore, ut Catholicæ, non nisi Matrimonio jam antea in faciem Ecclesiæ inter se legitime celebrato, ad illam explendam civilem ceremoniam, sæcularem Magistratum, seu hæreticum Ministellum adirent; sed quoniam ex vestris litteris deprehendimus, id non sine periculo, & perturbationibus posse adimpleri, id saltem pro viribus satagite, ut, postquam Reipublicæ morem illi gesserunt, non diu differant Ecclesiæ legibus parere, & conjugale fœdus juxta præscriptam

a Tridentino normam ritè & sanctè inire; & si quid tum super hac re, tum super aliis, quæ istam Missionem respiciunt, Nobis suggerendum esse putetis, communicato inter vos consilio, operam nostram implorate, quam semper præsentem invenietis.

§. 5. Epistola hæc nostra tibi, dilecte fili, Paule Simon a Sancto Joseph, inscripta est: eam tamen volumus a te communicari etiam dilecto filio Adriano Augustino Won-Dück Pastori Leidensi, cujus scriptum super ea, de qua nunc agitur, controversia, a suprascripto Cardinali de Valentibus nobis oblatum libenter perlegimus.

§. 6. Postremo vos hortamur majorem in modum, ut istam Dominici Gregis non contemnendam portionem sedulo, sicuti laudabiliter hætenus fecistis excolere, atque ad omnem pietatem informare pergatis; Vobisque interim Apostolicam Benedictionem peramanter imperitumur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorè die 17. Septembris 1746. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Dat. die 17. Sept. 1746.

Veronensis Ecclesiæ Capitulo nonnulla Privilegia conceduntur: simulque providetur, ut Canonici in Choro Divina Officia cum aliis canere non omissant.

LXIX.

Dilecto Filio Nostro Danieli Tituli S. Mariæ supra Minervam Presbytero S. R. E. Cardinali Delphino nuncupato, ex concessione & dispensatione Apostolica Patriarchæ Aquilejensi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Præclara decora, insignia ornamenta, ac tot tantaque privilegia, quibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, Imperatoribus, Regibus, Principibus, ac Ducibus, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronensis instructum cumulatimque a prædictis temporibus, adhuc excellere perspicitur, ita nobis comperita & explorata sunt, ut Nos dum in minoribus constituti pro nostri muneris debito certam omnium Ecclesiarum, ac præsertim Cathedralium notitiam Nobis compararemus, prope in admirationem adduxerint.

Procurium.

§. 1. Illud potissimum animo versabatur, quod bo. mem. Rotaldus Episcopus Veronensis Anno DCCCXIII., post abdicatam a se, suisque successoribus omnem in ipsum Capitulum jurisdictionem & auctoritatem sub tutela & refugio Patriarchæ pro tempore existentis Aquilejensis, cujus Suffraganeus etiam nunc est Episcopus Veronensis, ita reposuerit, ut liberum & immune ab omni Veronensis Antistitis potestate & jurisdictione sit & habeatur.

Capitulum Veronense ab Episcopo immune.

§. 2. Quoniam autem a Nobis supplicem postulasti, ut insigne hujusmodi Capitulum Tibi, Tuisque successoribus Patriarchis Aquilejensibus, ut præmittitur, subjectum, novis Apostolicæ etiam nostræ benignitatis auctoritatique documentis ornare, & augere dignaremur; Nos sane, qui eximias, Pastoralesque virtutes tuas Pontificiis laudibus profecuti, in amplissimum quoque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium te cooptavimus, votis tuis hac in parte, quoad Nobis integrum est, obsecundare libenti animo gaudemus.

Novis privilegiis decoratur.